



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvm Serie Vigesimvm-Octavvm De Matrimoniis, &  
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

De Matrimonio sub conditione turpi contracto. §. 4.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](#)

*inutilibus stipulat.* ibi : *Si impossibilis conditio stipulationibus adiiciatur, nihil valer stipulatio.* Et ex leg. non solum 31 ff. de actionib. & oblig. & rationem sublit lex, quia omnia ea cogitatio est, ut nihil agi existimat apposita ea impossibili conditione. At in matrimonio ob eius fauorem inquit Gregor. IX. cap. fin. de conditionib. appositis contrarium dicendum est, quia ex predicto cap. conditio impossibilis reicitur, & habetur pro non adiecta, ac proinde contractus paras remanet. Quod si dicas Pontificem non posse consensum loco dispensus subrogare, qui autem sub conditione impossibili contrahit, manifeste dissentit contractu, ergo nequit Pontifex indicare matrimonium validum esse. Respondeo, si manifeste constaret contrahentem vel ignorare impossibilitatem conditionis apposita, vel legem reiciendam a contractu predictam conditionem, vel tandem conditionem apposita animo illi inherendi, Pontifex matrimonium validum non praesumeret: at quia credit Pontifex contrahentem ignorantem non esse impossibilitatis conditionis, nec legis reiciendis illam a contractu, merito praesumit non serio, sed sico similem conditionem apponere, ideoque prae sumit matrimonium validum esse. Quapropter ut matrimonium, cui conditione impossibilis apposita est validum presumatur, debet presumi contrahens conscientia esse, tum impossibilitatis conditionis: tum legis reiciendis cam a contractu coniugali. Atque ita alii relatis docent Courau. 4. decret. 2. part. cap. 3. §. 2. Sanch. lib. 5. disp. 3. num. 1. Coninch. disp. 2. m. 42. Basili. Ponce, lib. 3. cap. 3. n. 3.

2. Hac tamen sententia, & decisio Pontificis limitanda est, ne procedat in conditionibus impossibilibus de facto, sed solum in conditionibus impossibilibus per naturam. Nam ea quae spectata homini natura possibilia sunt, non absolue debent impossibilia vocari, sed difficultia. Cum igitur decisio hac Pontificis ius commune corriger extenda non est, sed potius limitanda. Præterea in dispositione ultime voluntatis ius civile solum conditions per naturam impossibilis reicit, non autem eas, quae tantum de facto impossibilis sunt, ut manifeste contraria s. si impossibilis, inquit, de inutilib. stipular. ibi. *Cui natura impedimento est?* Et docuit alii relatis Molin. lib. 2. de primogenitis capite 12. numero 37. At Pontifex censendus est eas conditions impossibilis relicere a matrimonio, quas ius civile reicit ab ultima voluntate, ut sic iura iuribus conformia sunt. Ergo. Et ita docet Courau. 4. decret. 2. part. cap. 3. §. 2. Basili. Ponce, lib. 3. de matri. cap. 3. numero 15.

3. Secundum limitatur a Basil. num. 17. ne procedat in conditionibus impossibilibus perplexitas ex leg. s. Titius ff. de conditionib. in util. vbi dicitur, *Si titius hares erit, Sesia hares esto,* nequit enim virgine hereditas competere, ideoque institutionem viri. Cum ergo ab ultima voluntate hanc impossibilitatis non reicitur, neque a matrimonio censenda est reici.

4. Tertiò limitatur idem Basil. dicto cap. 3. num. 18. Sanch. alii relatis, lib. 5. disp. 4. num. 16. ne procedat in conditionibus impossibilibus ex accidenti, & lapsu temporis. Argum. leg. cum tale, 72. ff. de condit. & demonst. Et ratio est porci, quia ea quae ex accidenti impossibilia sunt, simpliciter non sunt impossibilia. Non igitur decretum correctorum ad ea impossibilis extendendum est.

5. Quartò limitatur Basil. cap. 4. num. 12. sequens Pert. de Ledesma. de matr. quis. 47. art. 1. dub. 1. §. hoc postio fundamento. Rebellum de oblig. inf. 1. 2. quis. 10. sed. 4. in fine, ne procedat in conditionibus impossibilibus de presenti, vel de praeterito, quia haec non sunt propriæ conditions, sed demonstrationes; Pontifex autem solum reicit a matrimonio conditions impossibilis, non igitur conferi debent reictæ ex ea, quae propriæ conditions non sunt. Neque obest quod predictæ conditions, sed demonstrationes reiciantur ab ultima voluntate ex leg. s. Maura, 45. ff. de hereditibus instituend. ubica conditio s. filia testatoris vivi reicitur casu quo testator nunquam filiam habuerit, quo argumento mouetur. Courau. 4. decret. 2. part. cap. 3. §. 2. num. 2. Sanch. alii relatis. lib. 5. disp. 4. numero 3. ad alieendum predictas conditions a matrimonio reici. Non inquit obest, quia in his que pendent a iure posteriori non licet argumentum sumere ad extendendum correctorum decretum, & faciunt ea quæ statim in §. sequenti dicam.

#### S. IV.

##### De matrimonio sub conditione turpi contracto.

1. *Conditione turpis substantia, bonisque matrimonij non repugnans reicitur.*
2. *Ea conditione: Si te in concubitu virginem inuenero, ut superbia reicienda est.*
3. *Conditione turpis substantia, bonisque matrimonij repugnans matrimonium vitiat.*

4. *Que censentur conditions matrimonio contraria.*
5. *Si contrahas sub conditione nunquam reddendi debitum, vi gans plures subsistere matrimonium.*
6. *Vetus est oppositum, si attente consideretur.*
7. *Satisfit oppositus rationibus.*
8. *Quid si contrahas sub obligatione vitandi problem.*
9. *Si conditione matrimonio contraria ab uno ex contrahentibus apponatur, tametsi ab aliorum acceptetur, matrimonium vitiat.*

1. Conditionem turpem, quæ substantia, bonisque matrimonij non repugnat decerpit Pontifex in dicti cap. fin. de conditionib. appositi, habendam esse pro non adiecta eo quod præsumit non serio, sed iocose appositorum fuisse. Quapropter si contrahas cum Maria ea conditione, ut tecum fuerit, aliave peccata committit, vel contractus statim reiecta illa conditione. Præterquam quod hæc conditio reputari debet ut impossibilis, quia id postsumus, quod iure possimus. Et licet in aliis contractibus hæc conditiones turpes non relictantur, neque ut impossibilis repudiantur, ut in matrimonio vt pote sacramento æquum non erat id admittere, ideoque ob eius fauorem æquum non erat id admittere, ut intelligendum est de conditionibus futuris, non præsentibus, vel præteritis. Nam si cum Maria contrahas sub ea conditione, si furtum commisisti conditio non reicitur, quia non est propria conditionis, neque ad peccatum inducit, videlicet Sanch. disp. 15. num. 5. Lethus, lib. 2. de in util. capite 18. anno 122.

2. Ex his descendendum est, an ea conditio: *Si te in concubitu virginem inuenio: Si mihi in concubitu placeas, reicenda sit ut turpis?* Et respondeo semper ut turpem esse reicendam (quidquid Thom. Sanch. disp. 16. num. 5. dicit) quia nunquam intelligentia potest de concubitu licito, siquidem concubitus licitos esse nequit ante matrimonium. At predictus concubitus vt pote sub conditione ad matrimonium explorandus necessarius matrimonium antecedere nequit, ergo nequit esse licitos, ut bene notaui Basil. Ponce, lib. 3. cap. 8. n. 7. §. 7.

3. Dixi conditionem turpem, quæ substantia, bonisque matrimonio non repugnat reicendam esse, veraciter infirmam conditionem substantiam matrimonij contrariam a matrimonio contracta non reicit, sed illum omnino vitiat, veripræfesse habetur in dicto cap. fin. de conditionib. appositi, et mandat omnes. Et ratio est manifesta, quia apponens conditionem matrimonio contrariam manifeste convincitur non rectum matrimonium contrahere velle.

4. Illa autem conditions censendae sunt matrimonio contraria, quæ cum matrimonio, etiæ vinculo consilite non possunt. Quocirca cum matrimonium efficiat alter contractare perpetuum, & muniam corporum tradicionem ad conjugalem copulam, & muniam obligationem forandi & dem, reddendi debitum, quoties legitimè fuerit peritem, itemque obligationem non impediend generationem, & problem Christiana educandi, quælibet conditio, quæ predictis contrariis sit matrimonium vitiat, ut tradunt omnes Doctores. Quare si contrahas cum Maria sub ea conditione de nos pulchriorem, ditteriori et inuenias, manifeste vitias contractum, quia non intendit te Marie in perpetuum tradire, quod est de effencia matrimonii. Idemque est si contrahas sub ea obligatione, ut sterilitatem procuret, problem exercitantes se copulandam tradat, quia hec illicite obligationes excludunt directè obligationes, quæ ex matrimonio prouinunt, sub iis conditionibus enumerandam censio obligationem abiciendi problem alendam, si de abiectione illius sermo sit quippe iure naturæ parentes problem alece tenentes cum possunt, neque alii sunt, qui voluntarie hoc manus sufficiant.

5. Solum est difficultas, si contraheres sub conditione nunquam reddendi debitum an subsistat matrimonium? Negat subsistere Sotus in 4d. 29. quis. 2. art. 3. Courau. 4. decret. 2. part. cap. 3. §. 1. Henric. lib. 1. cap. 4. Sanch. lib. 5. disp. 10. Layman. lib. 5. tract. 10. cap. 7. num. 9. Mouenuri, quia haec obligatio subsistere non potest cum obligatione reddendi debitum, quæ secum trahit matrimonium. Item obligatio virtutandi problem contraria est matrimonio secundum commitem sentiam: ut obligatio nunquam se copulandi est virtutalis obligatio vitandi problem, cum absque copula problem est non possit.

6. Nihilominus verius est predictam conditionem, si sano modo sumatur contrariam non esse matrimonio, quippe matrimonium ex sua essentia includit obligationem iustitia reddendi debitum, quoties legitimè fuerit peritem, arbitrio non petitur, si contrahens iuri perendi celsit simpliciter promissione, vel voto. Ergo obligatio non reddendi debitum supposita cessione iuri perendi obligationi coniugal non obstat. Si enim post contractum matrimonium ex munro consensu edere possunt iuri perendi, & ea cessione facta nullus alteri obligatur reddere, eut a principio cam

eam cessionem præstare non poterunt, & ab obligatione redendi excusari? Atque ita docent Rebello lib. 2. quæst. 10. sect. 3. Egid. disp. 24. dub. 4. Gaspar Hurtado disp. 7. de matrim. dif. 4. lib. 9. num. 3.

4. Ex quibus solutum est opposita sententia fundamen-  
tum. Non enim qualibet exemptione à redditione debiti est  
contra obligacioni reddendi debitum, que ex matrimonio  
conjugis & alias contracto matrimonio non licere ob unius  
fornicationem diuorium, neque ex unius consensu posset al-  
ter religionem ingredi, neque sibi inuicem cedere iuri pen-  
di, nam in his omnibus cessat obligatio actualis reddendi ob  
illegitimam petitionem, maxime obligatione per se reddendi  
quales legitime fuerit debitus petitorum. Ad confirmationem  
nego quamlibet obligationem vitandi prolem esse ma-  
trimonio contraria, sed solum obligationem iniquum vitandi  
prolem, haec enim est quæ opponitur obligatione gene-  
ratiue.

5. Noranger dixi, si contrahis sub obligacione vitandi pro-  
blem, nam si contrahis non sub obligacione, sed sub con-  
ditione propria prolixi iniquum vitandi. Ludovic. Lopez, 2.  
part. in seculi capite 42. & plures relati a Sanchez lib. 5. disp. 9.  
numero 8. centent contractum subtiliter reiecta illa condicione  
ex parte turpi. Sed verius est oppositum, eo quod illa  
conditio consensum requisitum ad matrimonium deluat.  
Nam & ipso quo vis contrahere sub ea conditione vitandi  
prolem, vis contractum non esse perfectum, quoque pro-  
les viciuntur, alia non esse oppositum sub conditione rigorosa.  
Ecclesia vero prolem vitare intendis post matrimonium con-  
tractum. Ergo haec voluntates sibi mutuo repugnant, ac proximam  
de matrimonio vitiant, sic ut docent Couarua 2. part. capite  
3. lib. 9. Sanchez lib. 5. disputatio 9. numero 9. Coninch. disp. 29.  
lib. 3. numero 40. Basil. Pott. lib. 3. capite 9. & nu-  
mero 11.

6. Sed quid si conditio matrimonio contraria ab uno ex  
contrahentibus apponatur, & ab alio non acceptetur? Couarua  
ad. 2. part. capite 3. s. a. numero 11. cenit non vitare  
contractum, quia scilicet acceptance nullam vim conditio  
habet, sed reiecta est censetur. Ceterum verius censetur cum Sanchez  
lib. 5. disp. 13. numero 5. matrimonio vitare, nam esto ab alio  
qui conditionem acceptare debebat reiecta sit, nullumque ha-  
beat vim obligandi, at denotat apponentem illam conditio-  
nem velle sub illa tantum consentire, & non aliter dominium  
in corporis transferre, id est ex defectu consensus matri-  
monium non subsistit.

## §. V.

Antempus, causa, & modus matrimonio appositus  
oblet illius valorum?

- 1 Tempus futurum adiectionis matrimonij contractui aequis sus-  
pedit matrimonium, ac conditio.
- 2 Causa, seu demonstratio non obleti valorum matrimonij, nisi sit  
error in persona, vel conditione.
- 3 Modus matrimonij effientis contrarius contractum non vi-  
tare, et si alij contrarium sentiantur.

4. Tempus futurum adiectionis matrimonij contractui per  
verbis de presenti aequis matrimonium suspendit, quoque aduenient tempus, ac iuspendit conditio futura,  
qua in utroque casu non est consensus perfectus adiunctionum  
temporis, vel conditionis. V.g. contra hanc cum Maria in Qua-  
draginta per verba de presenti, illamque accipit in uxorem  
dicit Palchatis, ex Palchatis assignatione confitit te nolle  
Mariam in coniugem ante habere, bene ramen adueniente  
Palchatis.

5. Causa vero, seu demonstratio matrimonij valorum non  
oblet, nisi sit error in persona, vel libertatis qualitate. Quo-  
cina, si contrahas cum Maria, quia credis nobis, diuine, & quia sic non est, alia non contrahimus, matrimonium  
tenet, quia causa nobilitatis, & dignitatis existimata non  
est finis, & obiectum consensus, sed causa illius motus cuius  
iuris licet in aliis contractibus praeterea sufficientem dillo-  
cationis causam, secus in matrimonio, in quo solus error  
persona iure naturae matrimonium vitiat, quia est error con-  
scientis in obiectum, & iure positivo error in conditione liber-  
tatis, tamen causa consensus motiva sit.

6. Modus matrimonij effientis contrarius contractum  
vitare secundum Sanchez lib. 5. disp. 19. Egid. Coninch. & disp.  
2. dub. 4. concl. 6. Laym. lib. 5. tract. 10. cap. 7. circa faciem, co-  
quid sic contrahensit in matrimonium sub intentione  
quod alter subeat obligationem matrimonio contraria. Sed re eiusdems in 4. d. 9. quæst. 2. art. 1. & Pet. de Ledesma,  
quæst. 47. art. 5. dub. 3. contrarium firmant; nam ea est differ-  
entia inter conditionem, & modum, quod conditio suspen-  
dit consensus quoque aduenient, modus autem consensus  
non suspendit, sed potius perfectum supponit, et matrimonio  
perfecte constituto nequit ex vi modo dissolvi. Ergo Et ex-

plicatur amplius. Contrahis cum Maria ea intentione, vt ipsa obligetur vice prolem sterilitatis venena sumens, contra-  
ctus sine dubio tenet ipsa non obligata, quia illius obliga-  
tionem non postulasti, vt conditionem ad consentem, sed  
tuo consensu voluisti Mariam excitare ad eam obligationem  
subeundam, quam ipsa contractu admisso prudenter  
reieci.

## PUNCTVM XII.

De matrimonio ob metum inito.

- 1 Qui metus, & qualiter reddat irritum matrimonium?
- 2 Cogens ad matrimonium peccat mortaliter.
- 3 Coactus non peccat, si ex animo verba proferat.
- 4 Princeps Ecclesiasticus, vel facultatis cogere ministrum, vel terroris-  
bus ad matrimonium negat.
- 5 Excommunicantur facultates Princeps ad matrimonium co-  
gentes.
- 6 Parentes non possunt cogere filios ad matrimonium, si velint  
religiosos, vel celibatos statim eligere.
- 7 Ex suppositione quod velint filii matrimonium contrahere,  
affirmant plures obligari a parentibus posse ad determina-  
tum matrimonium.
- 8 Oppositum verius est.
- 9 Explicatur doctrina.
- 10 Satis est cap. 1. de desponsat. impuber.
- 11 Qualiter filii obligari sint consilium a parentibus requirere,  
cum matrimonium volunt contrahere?
- 12 Qualiter parentes possint filios contra suam voluntatem nu-  
venes exhibere?
- 13 Plures existimant leges exhibendantes filios Iure Canonico  
esse abrogatas.
- 14 Contrarium censio probabilitus.
- 15 Solutum opposita ratio.
- 16 Causa iustis exhibendionis sufficiunt; vt alimenta den-  
tigernt præter ea que necessaria sunt sustentacioni.
- 17 Filius maior 23. annis natus ab aliquo patris consensu, &  
sine promissione dotis, non tenetur pater dotem constitutere.
- 18 Si filia minor sit 23. annorum tenetur pater eam do-  
tere.

1. **P**lura, quæ in hoc puncto essent tractanda pro tenuitate  
nostræ decisæ reliquæ, part. tract. 1. de peccatis disp.  
1. à punct. 6. ibi enim explici qui sic metus grauis, qui leuis,  
& quæ illum constituent, & qualiter probetur, & an ex illo  
recindatur contractus, vel veniar recipiendum quaque ratio-  
ne metus grauis oblet, redditque contractum nullum; Nam  
esto in aliis contractibus metus grauis insulè incensus nulli-  
tatem ipso iure non inducat, inducit tamen in matrimonio,  
cap. cum locum, 14. cap. veniens de spen/ab lib. & cap. 2. de eo qui  
duxit consanguinit. xxv. & tradunt omnes, et quod alij con-  
tractus esti validi recindi possunt auctoritate Iudicis, at ma-  
trimonium semel validum nulla auctoritate humana rescindi  
potest. Dixi metus grauis, nam metus leuis nec matrimonium  
annulat, neque alios contractus rescindit; vt loco ci-  
ratio latras probauit, & colligitur aperte ex cap. cum delictis  
e. de his qua vi, metus ex causa fuit. leg. nec timore 6.  
ff. de eo quod metus causa. Alias omnia essent incerta, cum  
raro à metu levi contractus excusat. Insuper dixi iniuste  
incensus, nam iusle, & lecite incensus contractum inutilidere  
nequit, quia tunc mens non tam infertur ab extrinseco,  
quam ab ipso patiente metum qui illius causam dedit, neque  
tam incutit metus ad extorquendum, contractum, quam  
contractus proponit ut medium vitandi metum, cuius cau-  
sam ipse dedit.

2. Quocirca quadruplices difficultas enodanda venit. Pri-  
ma. Quæ obligatio oritur in cogente ad matrimonium, &  
tamen ipse, quam coactus peccat ut contrahendo? Quia in re  
certum est cogente ad matrimonium peccare mortaliter,  
eo quod per iniuriam extorquet ab alio rem grauem, & dif-  
ficilem, qualis est matrimonium, non tamen videtur obliga-  
tus in matrimonium consenserit, coacta postmodum libere  
voluntate, nisi forte ad iniuriam factam reparandam iudica-  
tum fuerit necessarium, quia solum ex ratione iniurie, &  
damni illi obligari potest, non ex contractu, qui etiam in  
exteriori foto nullus est, ergo si aliunde iniuria, & damnum  
datum reparari potest, non tenebitur cogens matrimonium  
iniuste benè notaum Sanchez lib. 4. disp. 15. numero 15. Ochagavia  
de marim. tract. 3. quæst. 10. Gaspar Hurtado disp. 6. difficult. 4.  
aduersus Naupr. cap. 22. numero 5. Henric. lib. 11. cap. 10.  
Coninch. disp. 28. numero 7. Basil. lib. 4. cap. 17. contrarium sen-  
tentias.

3. Coactus tamen non peccat matrimonium contrahen-  
do, si probatur verba animo se obligandi, etiam si cognoscatur  
se obligatum non esse, quia tunc nullum committit mendac-  
ium, cum idem quod habet in mente verbis proferat, vult  
enim quantum est ex se obligare, & hanc voluntatem ver-  
bis explicat. Ex alia parte nullam iniuriam sacramento inno-